



Petrus à teneris annis operam literis dedit, atque sua eruditione & uirtute magisterij gradu insignitus fuit. Is ob uitæ integritatem Vuienensium parochus creatus est. Cum autem is uitia cleri uehementius corripere, atque Iudæorum scelera patefacere, eius tempore, Anno post Christi natiuitatem millesimo ducentesimo sexagesimo sexto celebris illa synodus Vuienensis à Clemente tertio pontifice Romano indicta & habita fuit. In ea multæ constitutiones contra cleri licentiam & Iudæorum insolentiam constitutæ, quoniam autem huius Petri uirtutes tum plurimum innotescerent, ac sedes Patauensis uacaret, ipse eius

loci Episcopus omnium patrum Concilij consensu constitutus est. quam etiam functionem ipse pio animo obiuit, atque suo exemplo sacerdotes in officio retinuit. Itaque magnam apud omnes nominis existimationem nactus est. Laz. lib. 2. rerum Viennensium.